EXEMPLAR IV
IDIBVS IVNIIS
MCMLXXVIII

LIBELLVS
MENSVALITER
EDITVS

# RVMOR VARIVS

# RVMOR VARIVS


| | |
|---|---|
| RVMOR VARIVS a magistris et a studiosis AKADIS editur | RVMOR VARIVS wird von Lehrern und Studierenden der AKAD herausgegeben |
| RVMOR VARIVS duodecies in singulos annos editur | RVMOR VARIVS erscheint jährlich 12 Mal |
| Editio: CCXXX | Auflage: 230 |
| Pretium subnotationis: | Abonnementspreis: |
| In Helvetia Fr. 8.80 | Schweiz Fr. 8.80 |
| In Germania DM 14.50 | Deutschland DM 14.50 |
| In Austria öS 90.-- | Oesterreich öS 90.-- |
| In reliqua Europa Fr. 15.-- | übriges Europa Fr. 15.-- |
| In terris trans maria sitis Fr. 8.80* | Uebersee Fr. 8.80* |
| * et pretium mittendi | * zuzüglich Porto |
| Speciminis exempla gratis mittuntur, ubi id rogatur | Einzelne Probenummern können gratis bezogen werden |
| Auctor: Vlricus Aeschlimannus | Redaktion: Ulrich Aeschlimann |
| Impressum et acceptio rerum legentibus publicandarum: Franciscus Bachmannus | Graphik und Layout: Franz Bachmann |
| Domus editoria: RVMOR VARIVS Postfach 883 CH- 8050 Zürich | Verlagsadresse: RVMOR VARIVS Postfach 883 CH- 8050 Zürich |
| Epistulae, mandata: RVMOR VARIVS Postfach 883 CH- 8050 Zürich | Inseratenannahme, Korrespondenz/Bestellungen: RVMOR VARIVS Postfach 883 CH- 8050 Zürich |
| Institutum pecuniarium: Societas Helvetica institutorum pecuniariorum SHIP Conto: RVMOR VARIVS 806.134. J1 A | Bankverbindungen: Schweizerische Bankgesellschaft SBG Konto: RVMOR VARIVS 806.134. J1 A |


# PRÆFATIO

Ulricus Aeschlimannus omnibus legentibus s.d.p.

Mirabile est dictu quantus successus libello nostro novo Idibus Maiis edito contigerit: Prius quam prima ducenta exemplaria eius vendita sunt apparuit oportere exemplaria ampliora premi, ut omnes, qui vellent, RVMOREM VARIVM emere possent. Item constat legentes ad numerum XX ex intervallo unius mensis RVMOREM VARIVM iam subnotavisse. Quae res et me redactorem et ceteros socios operis valde delectant. Etiam unus e numero rectorum scholae nostrae mihi nuntiavit se filiae suae linguam Latinam discenti subnotationem RVMORIS VARII donum daturum esse. Alius rector me certiorem fecit scholam nostram quoque quinquaginta exemplaria novi libelli emisse, quae examinatoribus examinis interni gratis mitterentur. Quo facto manifestetur studiosos scholae nostrae non modo disciplinas ad maturitatem adipiscendam necessarias discere, sed etiam in consuetudine vitae cotidianae iis uti posse.
Ne quis dicat numerum discipulorum in RVMORE VARIO articulos scribentium nimium parvum esse neque id quod supra dixerim pro vero haberi posse, omnes hanc praefationem legentes iterum rogo,ut epistulas quam plurimas RVMORI VARIO publicandas mittant. Longae esse non debent (iam tres aut quattuor lineas Latina lingua scribere satis est) neque quisquam litteras mittens timeat ne aliqui errores in litteris suis inventi non a me prius emendentur quam litterae in RVMORE VARIO publicentur.
Omnibus, qui adhuc libello nostro sive longis sive brevibus litteris animum inflaverunt gratias maximas ago! Imprimis gratia habenda est sociis operis meis Francisco Bachmanno et Henrico Hürzelero, qui adhuc socii operis sunt et semper mul-

tum temporis adhibent, ut libellus noster augeatur et floreat. Nuntiavit autem idem Franciscus Bachmannus se RVMOREM VARIVM in tempus futurum fortasse non modo typographica forma, sed etiam specie papyro antiquo simillima edere posse. "Species" inquit, "quaecumque futura sit, pretium libelli non mutabit". Speremus optima! Sed nunc finiam praefationem. Gaudete hoc quarto exemplari RVMORIS VARII: Multas res maxime notabiles continet, inter quas eminent plura proverbia scriptorum antiquorum, aenigma novum resque vendendi causae publicatae.

Valete! U. Aeschlimannus redactor

## AENIGMA III

Solutio aenigmatis in libello superiori (Expl.III) propositi:

De solutionibus nobis missis sortes coniecimus. Hic sunt, qui primum, secundum, tertium praemium accipient:

| | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 I | 2 R | 3 A | 4 C | 5 U | 6 N | 7 D | 8 I | 9 A |
| 10 M | E | D | I | T | O | R | ■ | M |
| 11 P | D | ■ | R | ■ | 12 T | O | G | A |
| 13 E | D | 14 I | C | T | U | M | ■ | R |
| 15 R | O | M | A | ■ | 16 S | A | 17 N | E |
| A | ■ | P | ■ | 18 C | ■ | 19 S | I | ■ |
| 20 T | 21 R | E | 22 M | O | 23 R | ■ | 24 G | 25 E |
| 26 O | B | R | O | G | O | ■ | 27 E | A |
| R | ■ | 28 O | S | ■ | 29 M | A | R | S |

primum praemium:
Frater J.Schmidli OSB
I-39100 Bozen 4

secundum praemium:
Frl. Cristina Camichel
CH-8623 Wetzikon

tertium praemium:
Frl. Anna Bosshardt
CH-5400 Ennetbaden

# ÆNIGMA

QVO PRAEMIVM ACCIPI POTEST (PREISRÄTSEL)

QVODQVE AENIGMA RECTE SOLVTVM ET RVMORI VARIO MISSVM AD SORTEM REVOCABITVR!

DIES MITTENDI VLTIMA: 5. Juli 78

Ad perpendiculum:
1. Unterredung (conversation)
2. Sauerstoff (oxygen) chem.
3. lästernd, schmähend (slandering, defaming)
4. Phosphor (phosphorus) chem.
5. Werk, Arbeit (work, piece of work)
6. Schwefel (sulphur) chem.
7. in, Präp. (in. prep.)
8. Zürich (Zurich)
9. eins, einer neutr. (one, neutr.)
10. felsig (rocky, craggy)
13. gehe! (go!)
14. Weg (way)
15. 1001
22. gehe! (go!)
23. kratze!, reibe! (scrape!, scratch!)
25. Präp. (prep)
26. Ich lege (I lay, I put)
28. Herz (heart)

Ad libram:
1. zusammengesetzt (composed)
11. jetzt (now)
12. Lilie (lily)
16. Ich stürze (I fall)
17. wenn auch (even if, although)
18. Imperator, Abkürzung (Imperator, abbrev.)
19. von Präp. (of, prep)
20. und (and)
21. röm. Bürger (Roman citizen)
24. dem Feld (to the field)
27. er ködert an, er lockt an (he lures)
29. Mund (mouth, os)
30. um...willen (for...sake)
31. Augenblick dt. (moment, german)
32. die Beklagenswerten Akk. (the ones to be pitied)

Praemia sunt infra numerata:

primum praemium: LIBER
secundum praemium: CANDELABRVM
tertium praemium: LIBER
quartum usque ad septimum praemium: SINGVLVM PVGILLARIS (je ein Schreibblock)

| | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 |
| | ■ | | ■ | | ■ | 11 | | | |
| 12 | 13 | | 14 | | 15 | ■ | 16 | | |
| | ■ | 17 | | | | ■ | 18 | | |
| | ■ | 19 | | ■ | ■ | 20 | | ■ | |
| 21 | | | | 22 | 23 | ■ | | ■ | |
| | ■ | | ■ | ■ | 24 | 25 | | 26 | |
| 27 | | | | 28 | | | ■ | 29 | |
| | ■ | | ■ | 30 | | ■ | ■ | 31 | |
| 32 | | | | | | | | | |

# DE EQVO

AMICO HOMINI FIDELI ET VTILI

In regionibus nostris equus notissimus est. In regionibus mediterraneis asinus, qui equo similis est, creberrimus est. Portat patienter magnum pondus et pabulo modesto contentus est. Toto in orbi terrarum a.d. MCMXXXVIII circa $|\overline{\text{M}}|$[1] equorum, a.d. MCMLXX solum $|\overline{\text{DCC}}|$[2]. Equitatio numerum equorum non minuit. Culpa agricolarum est, qui equos lanios[3] vendunt et agros machinis colunt. Dicunt sibi tempus laborandi cum equis deesse. Re vera copias ingentes frugum producere volunt ut magnam pecuniam corradere[4] possint. Amicitia animalis fidelis renuntiata, fortunam animae sibi alienari non memoriae mandant. Crasne cum equis agros colere cogentur, cum oelum deerit?

Henricus Hürzelerus

[1] 100 Millionen
[2] 70 Millionen
[3] lanius,-i= Metzger
[4] corradere= zusammenkratzen

QVADRATVM MAGICVM

| 1 | 2 | 3 | 4 |
|---|---|---|---|
| 2 | | | |
| 3 | | | |
| 4 | | | |

1. contrarium de "ante"
2. deus inferorum (genetivus)
3. intellegit
4. ita Livius vocatus est

solutio in libello V



CAPVT EQVVI - IAM ANTIQVI ROMANI PVLCHRITVDINEM VTILITATEMQVE EQVORVM NON IGNORABANT

# DICTA MEMORABILIA

Sub hoc titulo verba virorum praeclarorum, qui temporibus antiquis vixerunt et quorum voces etiam nunc temporibus nostris conveniunt, publicabantur:

DONEC ERIS FELIX, MVLTOS NVMERABIS AMICOS;
TEMPORA SI FVERINT NVBILA, SOLUS ERIS.
Ovid

NATVRA NON FACIT SALTVS
Linné

FÉLIX, QVI POTVIT RERVM COGNOSCERE CAVSAS!
Vergil

SI VIS AMARI, AMA! (Wenn du geliebt werden willst, liebe!)
Seneca

FAS EST ET AB HOSTE DOCERI
Ovid

VT DESINT VIRES, TAMEN EST LAVDANDA VOLVNTAS
Ovid

AVDIATVR ET ALTERA PARS! (Auch der andere Teil soll angehört werden)
Seneca

VIVERE MILITARE EST! (Leben ist kämpfen)
Seneca

ORANDVM EST, VT SIT MENS SANA IN CORPORE SANO
Juvenal

DVLCE ET DECORVM EST PRO PATRIA MORI
Horaz

SI POTVUERVNT ILLI, CVR NON EGO?
Augustinus

MEDIO TVTISSIMVS IBIS (In der Mitte wirst Du am sichersten gehen)
Ovid

PERFER ET OBDVRA! (Ertrag es und harre aus!)
Ovid

O BEATA SOLITVDO! O SOLA BEATITVDO!
Augustinus

PRO SVPERI, QVANTVM MORTALIA PECTORA CAECAE NOCTIS HABENT! (Ach, Götter, wieviel finstere Nacht haben die menschlichen Herzen!)
Ovid

MALE PARTA MALE DILABVNTVR (Auf schlechte Weise Erworbenes zerfällt auf schlechte Weise)

NITIMVR IN VETITVM SEMPER CVPIMVSQVE NEGATA (Wir trachten stets nach dem Verbotenen und begehren Versagtes)
Ovid

SI VIS PACEM, PARA BELLVM
Vegetius

VLTRA POSSE NEMO OBLIGATVR (Ueber das Können hinaus wird niemand verpflichtet)
Celsus

VIVIMVS IMPARES, PARES OBIMVS
Sarbievius

EX NIHILO NIHIL FIT
Lukrez

AD PVBLICANDVM / INSERATE

# ARTIFICIVM SOLVM AVRVM HABET

QVAMQVAM MVLTAE RES VTILES MACHINA CONFECTAE OFFERVNTVR, TAMEN ETIAM NOSTRIS TEMPORIBVS OPVS BONVM MANIBVS CONFECTVM FLORET!

TROTZ DEM GROSSEN ANGEBOT AN MASCHINELL HERGESTELLTEN GEBRAUCHSGEGENSTAENDEN IST DIE GUTE HANDWERKLICHE ARBEIT NOCH NICHT AUSGESTORBEN!

Candelabrum manibus fictum in aedibus Iosephi Bachmanni CH-5630 MVRI

Handgeschmiedeter Kerzenständer. Entwurf/Ausführung: Kunstschlosserei Bachmann Klosterfeld 25, CH-5630 MURI



Ich bestelle RVMOR VARIVS <u>für mich</u>:

____________________

____________________

____________________

Ich bestelle RVMOR VARIVS <u>als Geschenk</u> für jemand andern: (Mit Rechnung an obige Adresse)

____________________

____________________

____________________

RVMOR VARIVS

Postfach 883

CH- 8050 <u>Zürich</u>

HIC SOLUTIONEM INSCRIBE ET CHARTAM MITTE!

DOMICILIUM MEUM:



RVMOR VARIVS

Postfach 883

CH- 8050 <u>Zürich</u>